

Geschichte der Grundherrschaft Echternach im Frühmittelalter (Ed. Wampach) Nr. 91

Ego in Dei nomine Hodibaldus pro Dei intuitu vel pro anime mee remedio seu pro eterna retributione dono ad ecclesiam sancti Willibrordi, hoc est res meas in pago Texandrie in villa que vocatur Hezia, et quicquid michi ibidem genitor meus in hereditate dimisit, id est tam terris, casis, mansis, domibus, edificiis, mancipiis utriusque sexus. Si quis vero de heredibus meis – ut supra. Actum anno XIII regnante Karolo rege.